



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Concilivm Pisanvm Contra Psevdopapam Indictvm anno Domini MCXXXIV.
tempore Innocentii papae secundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

INNOCENTIVS C. PLACENTIVM. LOTHARIVS II^S
P. II. IMP.

ANNO CHRISTI
M. C. XXXII. sub Innocentio papa
secundo.

CONCILIVM PLACENTINVM
ADVERSVS ANACLETVM PSEVDOPAPAM
celebratum anno M CXXXII. sub Innocentio papa
secundo.

NOTA.

* *Concilium.*] Petrus Cluniacensis lib.3. epistolarum meminit huius Concilii breuiter tantum his verbis : *Recedens Gallia Innocentius, venturus Romam, transiens per sanctum Egidium, & per montem* Genue, fines Longobardia intravit, & apud Afram solennitate resurrectionis dominica celebrata, Placentiam venit. Ibi inuocatis episcopis, & aliis ecclesiarum prelatis, tam de Longobardia, quam de Ravennatensi prouincia, & marchia inferioris partis, tertium Concilium celebrauit.* Ad haec peragenda multum temporis insumptum esse dubitare nemo potest. Ad consolidandam enim titubantem ecclesiam cisalpinam, Concilium ab Innocentio papa habitum, & ibi diutius immoratum oportuit. Porro huius Concilii non nisi hanc tantummodo breuem mentionem inuenire potuimus.

ANNO CHRISTI
M. C. XXXIV. tempore Innocentii papæ secundi.

CONCILIVM PISANVM
CONTRA PSEVDOPAPAM INDICTVM
anno Domini M CXXXIV. tempore Innocentii papæ secundi.

NOTA.

* *Concilium.*] De hoc ista Bernardus abbas Bonaeuallis in vita san- Vita sancti Bernardi, lib. 2. cap. 2.
eti Bernardi : *Innocentius rursus Pisas reueruit, ibique aggregatis to-
tius occidentis episcopis, aliisque religiosis viris, magna gloria Synodus
celebratur. Adjuit per omnia & consilii & iudicis & definitionibus om-
nibus sanctus Bernardus abbas, impendebaturque ei reuerentia ab om-
nibus, & excubabant ante eius limina sacerdotes, non quod fastus, sed
multitudo communem prohiberet accessum : & aliis egredientibus alii in-
troibant, ita ut videretur vir humilis, & nihil sibi de his honoribus arro-
gans, non esse in parte solitudinis, sed in plenitudine potestatis. Actio-
nes Concilii longum est prosequi, summa tamen in excommunicatione
Petri, & irregressibili fautorum eius deiectione constitit, & usque ho-
die hac sententia perseverat. Hæc tantum ipse de tam magno Con-
cilio.*

Res in hac Synodo gestas Robertus continuator Sigiberti pau-
cissimis verbis hisce commemorat : *Petro, antipapa, ob parentele sua
fortitudinem apud sanctum Petrum commorante, Innocentius Roma
Concil. Tom. 27.*

egressus in Gallias profiscitur, & Gallicana sibi adherente ecclesia, ANNO
Concilii celebratis, primo Rhemis, secundo Pisis, in papatu confirmatur,
CHRISTI
1134.

& Petrus ab omnibus Gallia & Germania episcopis anathematizatur.
Petrus Cluniacensis abbas, qui vna cum Gaufredo Carnutu episcopo
huic Concilio interfuit, de hac Synodo haud dubie id intelligi vult,
quod epistola 17. ad Innocentium scripta conquerens ait, non longe a
Ponte Tremolo Italæ opido plurimos Galliæ episcopos & abbates a
Synodo reuertentes captos, vulneratos, & in carcerem coniectos esse.

Episcopi a
Synodo re-
uersti spo-
liantrur.

*Ex gestis abbatum sancti Laurentii reuendus dominus Joannes
Chapeauille canonicus & vicarius Leodiensis in annotationibus ad cap.
27. tom. 2. de hac Synodo ista refert: Anno 1135. Alexander Leodiensis
episcopus apud Innocentium pontificem de simonia accusatus, & ab
ipso semel & secundo ac tertio vocatus, cum venire tardaret, in Con-
cilio Pisano deponitur. Quo duro nuntio percepto in tantam amari-
tudinem incidit, ut quasi vix confessione facta, communioneque per-
cepta, & regulari vita ad sanctum Ægidium promissa, spiritum exha-
lauerit.*

CONCILIVM SVSESSIONENSE
AVCTORITATE LEGATI SEDIS APOSTOLICÆ
contra Petrum Abailardum sub Ludouico seniore
Francorum rege celebratum ante annum Domini
MCXXXVI. quo Ludouicus rex e viuis excellit.

NOTA.

Abailardus
quis, &
qualsis, qua-
que eius
heres.

* *Concilium.*] Otto Frisingensis lib. 1. cap. 47. de Friderici I. gestis,
personam Petri Abailardi, eiusdem heres, & acta huius Concilii
describens ista ait quæ sequuntur: *Petrus Abailardus ex ea Gallie pro-
vincia, que nunc ab incolis Britannia dicitur, originem trahens. (Est
enim predicta terra clericorum, acuta ingenia & artibus applicata haben-
tium, sed ad alia negotia pene stolidorum, ferax, quales fuerunt duo fra-
tres Bernardus & Theodericus viri doctissimi) is, inquam, literarum stu-
dios aliisque facetus ab ineunte etate deditus fuit: sed tam arrogans, suo-
que tantum ingenio confidens, ut vix ad audiendos magistros ab altitudi-
ne mentis sua humiliatus descendenteret. Habuit tamen primo preceptorem
Rozelinum quemdam, qui primus nostris temporibus in logica sententiam
vocum instituit, & post ad grauiissimos viros Anselmum Laudunensem,
Guilielmum Campellensem Catalauni episcopum migrans, ipsorumque
dictorum pondus, tamquam subtilitas acumine vacuum iudicans, non
diu sustinuit. Inde magistrum induens, Parisius venit, plurimum in
inventionum subtilitate non solum ad philosophiam necessariarum, sed &
pro commouendis ad iocos animis hominum utilium valens. Vbi occasio-
ne quadam satis nota non bene tractatus, monachus in monasterio san-
cti Dionysii effectus est. Ibi die noctuque lectioni ac meditationi incubans,*

CIRCI
ANNUA
CHRISTI
1136/